


# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Excertia valde pia [...], quibus moribundi excicantur ad  
bene [...] moriendum (Viaticum moribundorum) - Cod.  
Ettenheim-Münster 84**


**[S.l.], [18. Jahrh.]**


[urn:nbn:de:bsz:31-108982](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108982)




No. M. 87









# Exercitia

valde pia ac Salutaria

quibus

Moribundi excitantur ad

Bene Beateque moriendum.

In usum

Religiosorum Monasterii

Divi Ethonis.

Operâ ac studio

P. Germani Cartier.



11

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

*[Faint handwritten text visible on the right edge of the page]*

## Capit. i.

Quaedam monita pro graviter  
decumbente.

Quisquis gravi morbo correptus mortem  
arbitraris esse vicinam, vide, ut ad felicem  
exitum seculò te præpares.

1. Expedi cor tuum à curis, et sollicitudi-  
nibus hujus seculi, sacramenta pro viatis  
gratà mente suscipe, et animam tuam Deo  
commenda, maximè verò dolebis, quòd fi-  
delissimum Patrem piissimumque Domi-  
num, à quo tot beneficia accepisti, toties  
cogitationibus, verbis, operibus, ac negligentis.

7

tuis offenderis

2. Crucifixi Jesu imaginem sibi ante oculos  
statue, et ineffabilem illam charitatem  
qua Dominus Jesus pro te pati, mori-  
que voluit, memoriã repete, atque te totũ  
in cruenta illius vulnera immerge.

3. Osculare rosea illa vulnera, et tuũ  
dulcissimum Salvatorem obsecra, ut  
suo pretioso sanguine te abluere, uni-  
versaque peccata tua delere dignetur.  
Certẽ minima sanguis Christi guttula  
abundẽ sufficit ad delenda omnia omni-  
um hominũ peccata.

4. Pro meritis bonorũ operum, quæ tibi  
desunt, offer Deo Patri merita Jesu  
Christi, sanctissimam conversationem,

passionem, et mortem ipsius; merita dul-  
cissima ejus genetricis Mariae ac Sancto-  
rum omnium; ita enim fiet, ut tu, qui  
ex te miser, pauper, et nudus es, ornamen-  
tis pretiosissimis mirifice decoratus ap-  
pareas, Deoque tuo Summe placeas.

5. Ne innitaris bonis operibus, quae te fe-  
cisse recordaris, sed humili corde, constan-  
tique fiducia in Sanctissima ac dignissi-  
ma Salvatoris merita profundissimum-  
que ac immensum misericordiae divinae  
pelagus te tuaque omnia conjice.

6. Commenda te benignissima Virgini Dei-  
para, ceterisque caeli civibus, illis pos-  
tissimum, quorum venerationi peculia-

oculo  
tatem  
nori-  
e totu  
e.  
Alu  
a, ut  
uni-  
ur.  
lula  
omni-  
tibi  
su  
nem,

rius fuisti addictus. Certò credens, quia  
in hac ultimâ horâ tibi manus adju-  
trices porrigent.

7. Te totum Deo offer in holocaustum  
ad perseverandum pro ejus gratissima vo-  
luntate ex vero amore omnem dolorum  
acerbitatem atque ipsam mortem, et  
quidquid Dominus tibi in tempore et  
aeternitate imittere voluerit. Si ita ege-  
ris, mors tua pretiosa erit in conspectu  
Domini, etiamsi ipse solus omnia totius  
mundi peccata commisisses. Verum,  
quia hæc resignatio Summi momenti  
et meriti est, ideo iuvat, ut de ea inse-  
quenti capite plenius agamus.

Caput II  
De utilitate resignationis  
animæ graviter decumbentis.

Nullum omninò utilius exercitium,  
ait Blossius, homo in extremis habere po-  
test, quam ut liberè sese voluntati Dei  
permittat, atque ex pura dilectione ad  
eum conversus benignitati illius firmiter  
confidat. planè Super omnia Deus à nobis  
exigit, ut in omnibus nostram voluntatem  
illi penitus offerentes, permittamus ipsum  
nobiscum agere, quidquid facere voluerit,  
iugiterque cum Apostolo dicamus: Domine  
quid me vis facere; vel cum Propheta: pa-  
ratum cor meum Deus: paratum cor meum:

6

vel cum Christo Domino: Pater non  
mea sed tua voluntas fiat; hæc enim o-  
ratio inter omnes, quas Christus in hoc  
mundo fudit, omnium longè excellentis-  
sima fuit.

Multò igitur Deo acceptius est, ut in  
hac gravi infirmitate, quam tibi ipse  
Dominus misit, totum te resignes eius  
sanctissimæ voluntati, quam, si nes-  
cio, quid sanctum et sublime in honorem  
ipsius ex propria voluntate facere vel-  
les.

Nec interest ex quâcunq; demum causa  
aut culpa tibi is gravis morbus evenerit,  
certum quippe est, quòd, <sup>Deus</sup> etiam delictis nos-  
tris tanquam instrumentò pro implenda

voluntate sua uti soleat; ipse enim regit,  
 disponit, et gubernat universa in bonu  
 electorum suorum: Attingit a fine usque  
ad finem fortiter, et disponit omnia  
suaviter. Ecce omnes etiam capilli  
 capitis tui ab eo numerati sunt, nec  
 ullus sine voluntate eius cadit in ter-  
 ram; quanto minus ergo aliqua in-  
 firmitas sine eius ordinatione se af-  
 fligere poterit.

Omnia itaque bona et mala, sanitas  
 et infirmitas, mors, et vita ab eius  
 voluntate, ab eius providentia pro-  
 veniunt: et licet non intelligamus,  
 cur hoc vel illud fiat, scire tamen  
 debemus omnia sapienter, et ordi-

Pater non  
 enim o:  
 in hoc  
 excellens.  
 ut in  
 tibi ipse  
 gnes eius  
 si nos =  
 honoron  
 cere vel =  
 causa  
 veniens  
 elati no  
 splend

8 nate fieri; sicut enim uniuersum or-  
bem infinita fundavit sapientia,  
sic eundem utiqz non minori guber-  
nat prudentia.

Vides ergo, quod nihil fiat, nihil ve  
mali quacumqz demum ex causa tibi  
accidat, nec proinde ulla infirmi-  
tas te premere valeat, nisi Deus  
velit, et quia plus te diligit, quam ul-  
la mater unigenitum suum, ideo nihil  
permittit tibi accidere, quod re ipsa non  
tibi cooperetur in bonum.

Nunc igitur te penitus resigna Deo;  
nam tibi nihil utilius, nihilqz Deo gra-  
tius esse potest, quam ut suam vo-  
luntatem, qua est res omnium longe

F

pretiosissima, illi unice consecres. Et  
certe non est quidpiam, quod homi-  
nem magis quietum, securum et  
sanctum reddit, quam dum se peni-  
tus conformat divina voluntati.  
Fieri nequit, inquit Blosius, quin  
is, qui in huiusmodi vera ac perfecta  
resignatione cum sancta erga Deum  
fiducia ex hac luce exit, confestim  
ad regna coelorum evolet; nam sicut  
nihil omnino pene in Deum ca-  
dere potest, ita nec in hominem, qui  
per voluntatis conformitatem, et a-  
morem ita intime Deo unitus est.  
Dic igitur in summa humilitate cor-  
dis tui: Ô dulcissime Domine Deus

meus: memor esto, quæro: me tuam  
 pauperem creaturam, te vero meum  
 creatorem et Dominum meum esse.  
 Ecce igitur me in æquissimum iudi-  
 cium tuum præiicio, et sanctissimæ  
 voluntati tuæ integrè resigno: quid-  
 quid tu, Pater meus celestis in me,  
 et de me facere volueris, facito. In  
 manibus tuis sunt sortes meæ, tu per-  
 cutis, et sanas, mortificas et vivificas,  
 occidis, et vivere facis, deducis ad infe-  
 ros, et reducis. fiat in omnibus vo-  
 luntas tuæ. Tantum miserere mei,  
 et ne præiicias me a facie tuæ.

### Caput III.

Excitationes ad dolores mor-  
 bi letò animò sufferendos.

me. huc  
meum  
eum  
um  
fime  
no. qu  
s in m  
habe. s  
ce, s  
vivific  
ad in f  
s vs =  
e mei,  
ua.  
not:

Considera 1. Quod non sint condigna 11  
passiones ad futuram gloriam, qua  
revelabitur in nobis; neque enim ocu-  
lus vidit, nec auris audivit, nec in-  
cor hominis ascendit, quae preparavit  
Deus iis, qui diligunt illum, ait Apst.  
Iohas 1. cor. 2. Sustine igitur patien-  
ter, quia quo maiores erunt hic do-  
lores, eo ampliores illic erunt consola-  
tiones.

Considera 2. Quod nihil coinquina-  
tum intret in regnum coelorum; hic  
igitur vel per varios dolores, vel illic  
per ignem, aliosque horrendos cruciatus  
purgatorium pati debemus; at satius  
est in hac vita purgari, quam in altera;  
illic enim erit una hora gravior in pena

quàm hîc centum anni in gravissi-  
ma penitentia; clama proinde cum  
S. Augustino: Domine hîc ure, hîc  
seca, modo in eternum parcas.

Considera 3. Quòd in hoc mundo ni-  
hil nobis sit fructuosius et salubrius,  
quàm multa pati. Id Christus nos  
suò exemplo abundè docuit, qui tot  
supplicia cum gaudio sustinere voluit;  
unde si sapias, nihil aliud à Deo de-  
siderabis, quàm amore ipsius maiores  
tolerare cruciatus, dicendo cum Sancta  
Theresia: aut pati, aut mori.

Considera 4. Quàm sit omnino neces-  
sarium omni Christiano, ut per passio-  
nes assimiletur Christo, quem oportuit

pati, et ita intrare in gloriam suam;  
ipse quippe Christus Dominus ait:  
qui vult venire post me, abneget se-  
metipsum, et tollat crucem suam.

Eccae crux tua morbus est, et quidquid  
te affligit, si ergo vis venire post  
Christum, et cum eo intrare in reg-  
num eius, abnega te metipsum, et  
ambabus ulnis amplectere crucem, seu  
dolores, qui te cruciant; Si enim com-  
patimur, et conglorificabimur.

Considera s. Quod momentaneum et  
leve tribulationis nostrae aeternum glo-  
ria pondus operetur in nobis. Pro  
momentaneo itaq; dolore; cum omnis  
vita praesens respectu futurae non sit

maestri  
de cum  
ure, sic  
s.  
cundo  
lubric  
sus nec  
i sol  
voluit  
co de  
raiores  
sancta  
neces  
r pass  
oportuit

147  
nisi momentum. / nobis tribuetur æ-  
terna, eaq̄ omnino ineffabilis ac  
immensa felicitas. At̄ sustine tan-  
tum modicum, et habebis sum̄um  
et æternum bonum.

Considera 6. Quod sancti eo mai-  
res afflictiones, cruciatus ac dolores  
perpepsi sint, quos Deo acceptiores  
erant; testes nobis sunt beati Apos-  
toli, ac Martýres, aliq̄s sancti quam  
plurimi, qui transierunt per ignem  
et aquam, et immania in suis corpo-  
ribus pertulerunt tormenta; erant illi  
amici Dei, talis et tu eris si misericors  
Dominus dolorum et poenarum ip-  
sorum socium te effecerit. Beatus igi-

79.  
Tur, qui suffert dolorem et amari =  
tudinem, quoniam cum probatus fue-  
rit, accipiet coronam vite, quam re-  
promisit Deus diligentibus se.  
Considera 7. Nullum certius ac-  
evidentius signum electionis divinae  
dolorum esse, quam dolores ac infirmitates  
humiliter patienterque propter Dei  
amorem perferre; est enim infir-  
mitas corporis aequo animo tolera-  
ta pretiosus ac praeclarus annulus,  
quo Deus animam sibi desponsat.  
Considera 8. Pati pro Deo languo-  
res et dolores tanta dignitatis esse,  
ut homo iure merito se reputare  
debeat indignum eo honore; quidem  
magis honorificum, quam Christo, s. m. a.

Matri eius, beatis Apostolis, aliisque  
 sanctis ferme innumeris similem  
 affici; Unde coelites in caelo, si quo  
 affici possent dolore, profecto a-  
 lius non foret, quam quod pro Chris-  
 to amplius pati non valeant. Fe-  
 lix igitur ille est, qui angustiis et  
 penis, doloribus et cruciatibus af-  
 flictus non aliquid inquirat, quo ea  
 mala evadat, sed ad finem et ulti-  
 mum usque punctum illa fortiter sus-  
 tineat, nolens de cruce descendere, nisi  
 Deus illum solvat, ac deponat; felix  
 plane, qui divina voluntati se ita  
 committit, ut amore Dei etiam infer-  
 ni tormenta: si Deus ita velit, su-  
 bire paratus sit. Haec enim heroica

17.  
animi resolutio procul dubio om-  
nem culpam delet et pœnam; qui  
enim ex pura Dei dilectione ad  
omnem penam pro honore divinae  
iustitiæ tolerandam animo sponta-  
neo se obtulerit, is inquit Taulerus,  
neq; infernum, nec purgatorium  
subibit, etsi omnia totius <sup>mundi</sup> peccata  
commisisset.

#### Caput IV.

De morte non nimium  
metuenda ex D. Henrico  
Susone.

Si visum est Deo, ut moriaris, fir-  
miter retine catholicam fidem, et  
letus moriaris. Gaude pulcherrimam

animam tuam: quae est purus, rationalis, ac Deiformis Spiritus: ab hoc angusto, misero, et gravi carcere absolvendam ac deinceps sine ullo impedimento suam beatitudinem felicissime fruituram. Unum est, quod multos inexpertos in morte perterere solet, eisq; mortem adfert acerbam, et anxiam: id videlicet, quod, dum praeteritos annos dissolutamq; et male transactam vitam reducant ob oculos, grandi se debito obligatos Deo sentiant. Sed hac in parte certum tibi prestabo consilium ex divinis literis et ipsa veritate petitum: si tu quidem in diebus tuis perperam te vix-

ipse nosti, sicut pauci à vitüs im-  
 munes vivunt, inde non nimium in  
 extrema hora ferreri debes: postquã  
 sacramentis Ecclesie munitus es: si ea  
 comode possis obtinere: crucifixi ima-  
 ginem tibi ob oculos statuas, eamq3  
 intuearis, et tuo apprimas pectori,  
 atq3 in sanguinolenta immensa mi-  
 sericordie eius vulnera te reclina, ob-  
 secrans eum, ut in ipsis cruentis vul-  
 neribus suis divinã virtute sua  
 cuncta peccata tua abluat pro sui lau-  
 de, et tuã indigentia vel necessitate:  
 si id firmiter ita possis agere, securus  
 esto, iuxta Ecclesie catholice fidem:  
 qua fallere nequit, te à cunctis vitüs pe-



nitus absolutum esse, et hilariter posse mortem oppetere.

Vide obsecro, quae sit huius vitae calamitas, quae cruces, et afflictiones, quae angustiae, et necessitates undiq; existant. ~~At~~ si nihil aliud esset, quam melius pro corpore et anima servandis nos sollicitans, mutabilisq; huius mundi inconstantia, merito hinc exire appeteremus. Si quis eâ causâ diutius vivere cupit, ut plura sibi possit coacervare merita, id quidem valde incertum est, utrum merita vel potius debita sibi accumulatus sit; plerumq; cum aetate etiâ peccata augentur: multosq; plures invenias, qui semper deteriores, quam qui

melior  
Si p  
ni am  
igitur  
in cel  
mi a  
volun  
Quidq  
sit a  
quam  
accipe  
Noli  
apsid  
cum va  
miseri  
ferno a

meliores fiant.

Si praesens mors amara est, ab omni amaritudine finem imponit. Age igitur fili mi, cor, manus, et oculos in caelestem leva patriam, atq; ex animi affectu eam saluta. Resigna voluntatem tuam in Dei voluntate.

Quidquid ille tecum agere velit, sive sit ad vitam, sive ad mortem, id tanquam optimum de illius manibus accipe.

Noli timere. En s. Angeli tibi assistunt, teq; undiq; cingunt, et circumvallant: et benignissimus, atq; misericordissimus Deus plus quam pa-  
ternò affectu ex cunctis angustis te

77 eripiet, si tantum illius benignitati con-  
fidat. Ex venerabili Blo-  
sio —.

Si in te fluctuat, et metu concutitur  
nature infirmitas, si tristitia deprimeris et  
horror mortis sese ingerit, non propterea  
existimes te à Deo derelictum  
esse, vel ad eum non pertinere, nam  
pleriq; etiam magnæ sanctitatis viri  
et femine morte imminente pavorem  
Deo id utiliter permittente,  
sentiant, et per huiusmodi formidinem  
à levibus quibusq; culpis purgantur.  
Ipsi iusti, qui mortem propinquam  
timent, eandem, quam timent, parati  
sunt per humilem mentis

fortitudinem, et per Sincera Dei a-  
morem suscipere: comparandi nimirum  
egregius militibus, qui praelium com-  
mispuri, et pavore percelluntur, et  
tamen pugnam constanter ineunt.

Christus Jesus volens consolari quosli-  
bet electos suos, qui ex fragilitate  
humana ad mortis expectationem Tadio  
affecti tristes sunt, et Trepidant, trans-  
tulit in se eorum infirmitatem, quan-  
do imminente passione pavens et ma-  
rens dixit: Tristis est anima mea usq[ue]  
ad mortem. Non ergo te a Deo alie-  
num esse existimes propter marorem,  
quod gravaris. Transit ipsa tristitia cu  
fine: veniet letitia sine fine. quamvis

dolorum aculei pungant, et cruciatus  
 undiq3 torqueant, tu tamen patientiã  
 serua, et persiste in sancta spe, sanctã  
 erga Deum fiducia, In omnibus ab-  
 nega, et trade te ipsi Domino: subin-  
 de dicens id, quod Redemptor tuus sub  
 mortem angustis pressus dicebat: Pa-  
 ter fiat voluntas tua: sic enim requie-  
 atq3 refrigerium inuenies. Memento,  
 quia sive vivimus, sive morimur,  
Domini sumus: et sive vivimus, si-  
 ve morimur, in illo bene nobis erit,  
 si nos unitatem Ecclesie catholice re-  
 tinentes, piũ atq3 humiles sumus.  
 Erigant animũ tuum verissima hæc  
 verba Domini Jesu, qui credit, inquit

25.  
in me, etiam si mortuus fueris, vivet,  
et omnis qui vivit et credit in me non  
moriatur in aeternum. Non tibi videatur  
durum corporaliter mori, cum ipse  
Christus mortem carnis subierit. Ille  
precepit et veluti viam stravit, commodaque  
reddidit, ne te pigeret sequi: illius igitur  
mors mortem tuam soletur. Precare  
re eum, ut hanc sua pretiosissima morte  
te tuam undique contegat, muniat, sancti-  
ficet, et sibi gratiam reddat. Corpus  
illud corruptibile, quod relinquis velut  
amarus cortex nucis, aut vile ac sordidum  
anima vestimentum modo est. Quid ad te,  
si computrescas, si in cinerem et favillam

redigatur, ubi illa deposueris? Securus  
exue vestem, quam Deus tuus aliquā-  
do restituet tibi integram, fulgidam, atque  
incorruptibilem.

### Caput V.

Incitamenta quaedam specialia  
ad expetendam mortem.

Mors à quolibet christiano multis  
ex rationibus desideranda est.

- I** Quia à peccatis liberat, unde Salo-  
mon ait: raptus est, ne malitia mu-  
teret intellectum eius, placita erat Deo  
anima illius, propter hoc prosperavit  
educere illum de medio iniquitatum.  
Mors ergo ista inquit S. Ambrosius, magis

77  
peccati fuga, quam morientis est detri-  
mentum. Cur igitur tantopere vitam  
istam desideramus, in qua quanto diu-  
tius quis fuerit, tanto maiori oneratur  
sarcina peccatorum; nullus enim dies  
sine Dei offensione et conscientia nos-  
tra lesione nobis preterit. III

I. Quia est portus moleste ac peri-  
culosa navigationis, seu ut ait S. Chris-  
tostomus, est somnus, translatio, re-  
quies, et tranquillus portus, nec non ~~per-~~  
~~urbaliter liberatio~~, et a vita curis li-  
beratio, atq; omnium miseriarum ef-  
fugium; hinc idiota ait: homo moritu-  
rus non magis contristari, ac conqueri  
debet, quam navigans, si ad portum, ad VI

quem navigabat, citius quam credit per-  
venit; est enim mors portus, ad quem con-  
tinuo navigamus, et ideo, si casus for-  
tuitus subito, et insperato ad illum por-  
tum perducit, dolere non debet homo.

**III.** Quia immunitatem à multis periculis et  
tentationibus præstat, quamdiu enim in hoc  
mundo vivimus, sine tribulatione et ten-  
tatione esse non possumus; est hæc vita  
plena laqueis tribulationum; unde una  
tentatione, seu tribulatione recedente  
alia supervenit, et ita perpetuo inter  
tentationum laqueos versamur, sola vero  
mors est, que hos laqueos dirumpit, et fi-  
nem malis nostris imponit.

**IV.** Quia est quies à laboribus, uti notavit

79  
S. Ambrosius dicens: Sapiens quisque  
intelligit, quod hæc vita homini non ad  
quietem data sit, sed ad laborem, hoc est  
ut hic laboret, et imposterum quiescat,  
hic autem requies nulla; tantis enim  
malis repleta hæc vita est, ut comparatio-  
ne eius mors remedium putetur esse  
non pena; nam ideo brevem istam vitam  
Deus fecit, ut molestia eius temporis exi-  
guitate cito finirentur; hinc Tertullia-  
nus, non timendum est inquit, quod nos  
liberet ab omni timendo: longum Deus  
adimit tormentum homini, cum vitam  
ei concedit brevem. Quod etiam Henri-  
cus de lapsia confirmans ait: O homo, quid

est tuum diu vivere hic, quam diuturnis  
 arumnis, et tadius in mortem ire? quid  
 tibi de hac vita, quam intrasti curas  
~~lore, dixit, care, hinc, hinc.~~

V. Quia mors aperit viam ad patriam et  
 amicos, uti Cyprianus indicavit, dum dixit:  
 quid non properamus et currimus, ut  
 patria nostra videre et parentes salu-  
 tare possimus? ad horum autem aspec-  
 tum et complexum venire, quanta et  
 illis et nobis in comune letitia est?  
 Rursus idem ait: quis peregrine constitu-  
 tus non properaret in patriam regredi?  
 Quis non ad suos navigare festinans ventum  
 prosperum cupidius optaret, ut velociter charo

31.  
13  
liceret amplecti.

¶ Quia mors est debitum omnibus sol-  
vendum, atq; adeo stultum est, metuere  
quod vitari nequit. Fial igitur voluntariū,  
inquit S. Chrysostomus, quod futurum  
est necessarium, offeramus Deo pro mu-  
nere, quod pro debito tenemur reddere.

Christus Dominus, B. V. Maria, om-  
nes Apostoli, etq; s. Martyres, con-  
fessores, et Virgines tam libenter mortui  
sunt, et hanc mortem velut monstrum quod-  
dam formidas, cum potius eam tanquam  
amabilem sororem intueri et amplecti  
debeas.

¶ Quia mors est exitus anima e carcere  
huius corporis, et liberatio ab exilio Pa-

tria caelestis. Quis autem ab exilio revocari, aut e carcere, in quo sumas passus est molestias, liberari non desideret.

Mors igitur non tantum non metuenda est, sed potius toto animo desideranda, ut sapienter advertit S. Ambrosius in luc.

l. 5.

## Caput VI

Mortem desiderandam esse exemplis demonstratur.

S. Paulus ipse de se scribit: coarctor e duobus, desiderium habens dissolvi, et esse cum christo. hinc et alibi exclamat: infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? S. Cyprianus audita mortis sententia dixit: Deo gratias

qui me à vinculis huius corporis digna-  
tur absolvere. Pia quaedam Matrona  
 subito Fœdissimâ leprâ correpta, cum a-  
 lios sortem ipsias deplorantes audiret,  
 in risum effusa aliâ causam risûs que-  
 rentibus dixit: si quis in carcere detine-  
 retur ea conditione, ut non eriperetur, do-  
 nec muri carceris undiqz corruissent, non  
 ne si videret muros ad ruinam incli-  
 natos, imo paulatim iam corruentes,  
 gauderet potius quàm fleret: quare, ut  
 anima in corpore velut carcere sit con-  
 stricta, meritò gaudere debet, si corporis  
 parietes concidere et dissolvi, morteqz

fores carceris affringere videt.

S. Gregorius Nazianzenus assiduo  
clamabat ad Deum: Domine solve hanc  
tunicam adeo mihi gravem et ponderosa  
et da mihi leviores: scilicet glorie veste.

Priscus sacerdos in morbo caelestibus  
visis recreatus saepius exclamavit: venio,  
venio, gratias ago. cumque adstantibus, quos  
caelites videret, exposcuisset, eadem voces  
iteravit: Ecce venio, ecce venio: interque  
verba abiit e vita.

De B. Maria ogniacensi scribit Lau-  
rentius Surius, eam vitae exitu immi-  
nente tanto cordis iubilo exultasse, ut

pre animi sui letitia trium dierum  
spatio canendi finem nullum faceret.

S. Catharina genuensis dicebat, si rei  
cuiuspiam in hoc mundo libera sibi  
relinqueretur electio, mortem sibi primam  
futuram, quam eligeret, eo quod ea sola  
unica sit, qua cali aditum aperiat.

Negs se hoc sensu falli existimabat,  
cum vitam hanc velut orci carcerem ha-  
beret, qui captivam animam suam in  
corpore tanquam in ergastulo cruciaret.

S. Laurentius in agone circumstantibus  
dicebat: abite hinc cum vestris  
lacrymis tempus est letitiae, non lacry-  
marum. Pudeat vos mortem timere,

Cum Dominus noster Iesus Christus  
in cuius conspectu decumbo, proster nos  
in cruce mori voluerit. Hunc diem  
semper ob oculos habui, tu scis mi  
Domine Iesu.

Cardinalis Baronius cum admo-  
nere-  
retur a medico, ut ab assidua illa me-  
ditatione mortis temperaret, ne scili-  
cet ea ratione illam accerseret, aut  
acceleraret; quid ni ego, inquit, de mor-  
te cogitem? numne timere me pu-  
tas illam, cum qua quotidie familia-  
riter ago, et loquor? apage sis, haud  
equidem timere illam possum, quae  
ut sororem charissimam diligo.

Cardinalis Reginaldus Polus, cum ei

annunciaretur Henricum VIII anglie  
Regem vite ipsius insidiari, et mortem  
machinari, respondit: iam dudum huius  
vite <sup>tædium</sup> affectus mortem optavi, tanto eam  
studio afficere cum contendat, nihil aliud  
facil, quam si eunti dormitum vestimen-  
tum detrahere conetur.

S. Theresia in extremis posita summo  
animi fervore, ac ineffabili lætitiã  
dicebat: O Domine, o sponse mi, acce-  
ssit tandem tempus exoptatum: æquum  
est, ut te videam. Tempus est mi Domi-  
ne, ut ex hac vita discedam. Fiat obse-  
cro iuxta placitum tuum. Venit demũ  
hora, quã <sup>ex</sup> hoc exiliõ eripiar, seq; fruor

quod tam ardentem concupivi.

## Caput VII.

Quod moriturus purgatorii penas  
inordinate timere non debeat.

Blos. in  
Enchir. parv.  
Lib. 2. c. 4.

Fortè hoc te angit, quod ignores, quo-  
modo te migrantem Deus excepturus  
sit, utrum ad aeternam paradysi requiem,  
an ad transitoriam purgatorii penam?  
Non est necesse te aliquid horum scire;  
sicut tibi placet dulcedo divina miseri-  
cordia peccata dimittentis, ita displi-  
cere non debet pulchritudo divina ius-  
titiae peccata expiantis. Perfecti viri,  
quod dignius emendare possent, quidquid

in benignissimum Redemptorem suū  
 commiserunt, parati essent non solum  
 ad purgatorii penas, verum etiam ad  
 infernum descendere, si divina iusti-  
 tia decor id omnino exigeret. Ista  
 certitudo tibi sufficiat, quod habeas Do-  
 minum piissimum, qui et potest, et vult  
 salvare te si humiliatus confidas in eo  
 non in te. Multum illi placemus, quan-  
 do voluntatem eius ita diligimus, et pro-  
 videntia ipsius tam plena fiducia nos in  
 spiritus humilitate committimus, ut etiam  
 nescire gaudeamus, quod ipse circa nos agat.  
 Tu igitur eius dispositioni te totum committens

mortem letus expecta, qua presente,  
egredere securus ad Patrem clementissimū,  
exoptans, ut non minus in aeternitate, quā  
in tempore ulatur te, quemadmodum vo-  
luerit. Egredere inquam, non tanquam  
carceri crudeliter mancipandus, sed tan-  
quam sinu misericordiae piē suscipien-  
dus atq; fovendus.

Quod attinet ad purgatorium, sanē ille  
quoq; anima, qua non admodum multa  
purganda seum hinc deserunt, dolent  
plurimum, quod non satis purē vixerint,  
unde et a perfectis regni caelestis gaudiis  
retardari debeāt, qua retardatio eas valde  
affligit, Nam corporibus exulte, cum iam

Deum clariori intellectu cognoscant, quā  
 hūc cognoscebant, ob idq; avidius eum appe-  
 tant, non possunt non vehementer cruciari  
 ex dilatione tam ineffabilis boni. Licet  
 verò penas suas, quibus iuxta modum  
 culparum nondum expiatorum torquentur,  
 non ament, nequaquā tamen eas invite  
 tolerant. Neq; enim voluntatem à Deo  
 aversam habent, sed libenter divina ius-  
 titie consentiunt, sanè de accipienda  
 post penarum finem aeterna bealitudi-  
 nis gloria certa, nec ad hanc vitam, in  
 qua multa peccandi pericula sunt, redi-  
 re vellent. Sed ut dicamus, si liber  
 eis pateret introitus ad ipsum regnū cae-

leste cum gratiosa reverentia subduce-  
 rent se se, et ingredi nollent, quousq; per  
 plenam purgationem tanta felicitate dig-  
 nae reditae forent: scientes, nihil inqui-  
 natum illi summae puritati perfecte con-  
 iungi copulariq; debere. Qualibet ea-  
 rum dicit id, quod fidelis quisq; in tribu-  
 latione constitutus dicere solet, videlicet.  
 iram Domini portabo, quoniam pec-  
 cavi ei, donec causam meam iudicet et  
 faciat iudicium meum: expectabo Deum,  
 Salvatorem meum, educet me in lucem, et  
 videbo iustitiam eius. Blas. Enchirid.  
parr: L. 7. C. 4.

Caput VIII

Verba consolatione plena pro  
eo, qui in fine vite se ad Deum con-  
vertit. ex Blos. in consol. puf.

1

O Tu qui in ultima etate iter iustitie  
ingredi capisti, iamq3 bone voluntatis es,  
quare sic trepidas, ac tanta tristitia depri-  
meris, quasi nulla tibi salutis spes esset  
relita? recordare queso, recordare mise-  
ricordissimi, benignissimi, dulcissimiq3  
redemptoris tui Jesus christi, qui venit in  
hunc mundum peccatores salvos facere.  
Pro eis incarnatus est, pro eis laboravit,  
acerbam passionem pertulit, sanguinem  
fudit, et mortuus est. Illum magis inhono-

rare vel maiori iniuria officere non potes, quam si propter multitudinem, diuturnitatem, aut enormitatem scelerum tuorum, de eius pietate, misericordia ac bonitate desperes. Quamvis igitur vite huius terminus proximus inceperis te corrigere, et forte non nisi uno anno vel uno mense aut uno die hic vivere habeas: non est tamen, quod perturberis nimiaque pusillanimitate deiciaris: sed est unde plurimum gaudeas, considerans immensam Dei erga te clementiam, qui te ante obitum tuum ad se revocavit, bonam voluntatem tibi donans: quicquid autem B. Bernardus ait: non admodum attendit

in homine, quid fuerit, sed quid iam esse  
velit.

## 11.

Quod si deperditum, et in vanitatibus ac  
peccatis consumptum vitæ præterita tem-  
pus se angit: rursus consoletur, ac  
piâ firmâq; fiducia stabiliat animum  
suum. parabola illa evangelica, ubi  
legis eos, qui horâ undecimâ à patre  
familias conducti, atq; in vineam missi  
sunt; id est, qui in senectute et ultimâ  
etate sobriè, iuste, ac piè vivere cepe-  
runt, licet unâ duntaxat horâ laborassent,  
denarium æternæ beatitudinis recepisse,  
sicut et illi, qui totâ die laboraverant,  
seu ab ipsa pueritia vel iuventute Deo

servierant. Hinc iterum in Evangelio  
Salvator beatos dicit non solum illos, qui  
in prima aut secunda, sed etiam, qui in  
tertia vigilia parati inveniuntur.

## III.

Neq; inordinatâ formidine concuti de-  
bes, propter propriorum meritorum inopiã.  
nam cum iam per bonam voluntatem, et  
Dei gratiam veramq; charitatem coniunctus  
sis Christo tanquam vivum membrum, par-  
ticeps eris meritorum eius, et omnium e-  
lectorum ipsius: accipies reverã heredita-  
tem caelestem, quia de numero filiorum  
Dei es. Planè iam ex illis es, de quibus  
Paulus Apostolus loquitur, dicens: nihil

damnationis est his, qui sunt in Christo  
 Jesu, qui non secundum carnemambu-  
 lant. IV.

Itaque iam letus expectare, et potes et de-  
 bes beatam spem: ut idem Paulus ait, et  
 adventum glorie magni Dei et Salvatoris  
 nostri Jesu Christi, qui dedit semetipsum  
 pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniqui-  
 tate, et mandaret sibi populum accep-  
 tabilem, sectatorem bonorum operum.

Tam cum ingenti gaudio audire te equum  
 est etiam hæc verba: Jesus Christus tra-  
 ditus est propter delicta nostra, et surrex-  
 it propter iustificationem nostram. Et ista,  
 in hoc est charitas, non quasi nos dilex-  
 erimus Deum, sed quoniam ipse prior

dilexit nos et misit filium suum pro-  
pitiacionem pro peccatis nostris. Item  
ista: Jesus Christus lavit nos à peccatis  
nostris in sanguine suo.

V.

Sed metuis forsasse, ne te hinc migrā-  
tem pœne purgatorii excipiant. Ast iste  
quoq; metus nimius deponendus est.  
Omnino expedit tibi, ut resignes te totu  
Deo, sinasq; eum facere tecum, quod vo-  
luerit. Sicut diligis eius misericordiam,  
ita diligas oportet et iustitiam ipsius.  
Pater est indulgentissimus, qui sive in  
hac vita, sive in purgatorio filios suos  
à peccatis et vitis corde iam aversos, atq;  
ad se conversos flagellat, non nisi paternò

affectu id facit. Nihil dubites de tam  
 amabilis patris pietate. Quando iam  
 illi placere verè desideras, ac studeas, dolesq;  
 quòd cum unquam offenderis: hinc te  
 migrantem non acerbè, sed benignè susci-  
 piet, sinuq; misericordie suae confortabit.  
 Etiamsi ad purgatorium deductus fueris,  
 non carebis illic refrigerio et consolatio-  
 ne, certus de tua salute, ac futura beati-  
 tudine: gratiusq; tibi erit ibi esse quàm  
 hic, ubi multae occasiones offendendi Deum  
 habentur. Unde legimus, quemdam sancti-  
 virum haec aut similia verba dixisse:  
 si pro comperto haberem, me post mortem  
 serventurum ad purgatorium: paratissimus

esse[m] mox collum gladio subiicere, ut  
certus esse possem de mea salute.

### Caput IX

Homagia Deo in articulo mortis  
Prastanda.

#### Actus adorationis

Agnosco te o mi Deus, ut supremū  
mentū meū primū principium et ultimū  
finem, auctorem nature, gratie et gloria  
et profundissima humilitate me tibi  
submitto, Teq[ue] adoro Dominū vitæ et mor-  
tis. Vitam igitur quam mihi dedisti, et  
nunc à me repetis libenter consigno in  
manus tuas, tibiq[ue] sacrifico in unione  
sacrificiū filiū tuū Domini nostri J. Ch. in Omnipotē

St. 2  
cruce peracti, et in unione illius adora-  
tionis, quâ ipsius humanitas, B. V. om-  
nesq; Sancti te adoraverunt in terra et æ-  
ternâ adorabunt in celo.

### Actus fidei.

O mi Deus firmiter credo ac profiteor  
fidem illam, quam Christus docuit, quam  
predicârunt apostoli; quam Sancta Mater  
Ecclesia docet, totq; milliones martyrum suo  
sanguine obsignârunt: conforta, et conserva  
me Domine in hac Sancta Fide, in qua o-  
spitulante gratiâ tuâ, quam suppliciter  
invoco, mori desidero.

### Actus Spei.

Omnipotens et misericors Deus! spero per

Sanguinem, et merita Jesu Christi Domini  
 nostri ab infinita bonitate, ac misericordia  
 tua remissionem omnium peccatorum meorum  
 quibus te summum bonum meum heu! In-  
 dies tam graviter offendi, spero in te o  
 Deus cordis mei unica spes, et consolatio  
 mea! spero firmissime me ab infinita pu-  
 lchritate tua obtenturum omnia ad salutem  
 necessaria, gratiam copiosam, et gloriam  
 sempiternam; quoniam tu es Domine spes  
 mea: altissimum posuisti refugium tuum.

Actus amoris.

Amo te, o amabilissime Deus! ex toto cor-  
 de meo, amo te super omnia propter infini-  
 tam bonitatem tuam, et vellem, si possem  
 amare te illo amore, quo te amant omnes

Sancti, B. V. et Jesus Christus filius tuus,  
 illaq; charitate, quã te ipsum infinite a-  
 mas; et ex sincerissimo tui amore doleo,  
 quod te saepius offenderim; quidquid unquã  
 perpessus sum, vel patiar, omne illud prop-  
 ter amorem tuum offero gloria tua; tibi  
 me totum in holocaustum consecro o Deus  
 cordis mei, et pars mea Deus in aeternum.

### Actus Penitentiae.

O amantissime Deus! ego miserimus  
 peccator coram infinita maiestate tua et  
 bonitate prostratus corde contrito et humi-  
 liato confiteor me reum laesum maiestatis  
 tuae infinitae, veniamq; delictorum meorum  
 Supplex rogo: detestor ex animo amore tui  
 omnia peccata mea, quibus te benignissimu

Deum meum usque in hanc horam saepius  
offendi. Ecce mi Deus quot mihi adhuc  
supersunt respirationes ac motus cordis mei,  
tot sint gemitus dolentis ac paudentis ani-  
mi mei. **Gratiarum actio.**

**O** fons omnium bonorum, et gratiarum  
immensas tibi ago gratias pro innumeris be-  
neficiis, quae mihi immerenti hactenus con-  
tulisti: in gratiarum actionem offero tibi  
omnes laudes et iubilationes, quas sancti  
tui tum in terra cecinerunt, tum in caelo in-  
aeternum decantaturi sunt, ac praeterea ex  
novo amoris, et gratitudinis affectu me totum  
ac omnia mea tibi consecro.

**Actus glorificationis.**

99.

Benedico te, laudo te, glorifico te o Ss. Trini-  
tas, unus Deus! tibi soli laus, honor et gloria  
ab omni creatura nunc et semper: Gloria Patri  
qui creavit me. Gloria filio, qui redemit me.  
Gloria Spiritui Sancto, qui sanctificavit me:  
Gloria Patri, qui me sustentavit per suam  
potentiam: gloria filio, qui me governa-  
vit per suam sapientiam: gloria Spiritui  
Sancto, qui me sanctificavit per suum a-  
morem. Benedicite sancta et individua  
Trinitas nunc et semper et in saecula saeculo-  
rum amen. Benedicite gentes et omnes  
creatura Deum nostram, et audiam facite  
voce[m] laudis eius.

Actus confidentiae in meritis Jesu Christi

Domine Deus meus, si quis sanctus maxi-  
 mi apud te meriti ultro mihi cederet ac do-  
 naret omnia bona opera sua, orationes,  
 sacrificia, ieiunia, flagellationes, poeni-  
 tentias, et lacrymas suas, quas omnes pro  
 mea salute tibi offerret, ego utiqz eam  
 bene sperarem, licet fuisset mortalium om-  
 nium sceleratissimus, quoniam impossibile  
 foret, hominem iam sanctu a te non ex-  
 audiri, totqz eius sancta opera frustrari.  
 Jam mi Deus ecce Jesus Christus filius tuus,  
 Salvator meus omnia opera sua et quicquid boni  
 egit a primo instanti conceptionis in matris  
 utero usqz ad obitum in cruce mihi dedit suaqz  
 merita mea fecit, dicente Apostolo: propter  
 filio non reperit Deus: Sed pro nobis omni-  
 bus tradidit illum, quomodo non etiam cum  
 illo omnia nobis donavit? Tot ergo ieiunia,  
 orationes, labores, et lacryma christi Jesu modo  
 mea sunt. Tot verbera, tot flagra, tot vulnera

Christi mea nunc sunt merita; et quomodo poterit filius tantorum meritorum perire? quomodo non inveniet gratiam coram oculis tuis o amantissime Deus? ego itaque o piissime Deus tot pretiosa merita Domini mei Jesu Christi pro peccatis meis tibi offero hinc quasi veste nuptiali ornatus nunc coram Te comparere volo. Et quomodo nunc mori formidarem, cum tibi o Pater misericordiarum infinitum meritorum thesaurum offerre valeam? Ergo suscipe me Domine secundum eloquium tuum, et vivam, et non confundas me ab expectatione mea.

## Caput X

Protestatio, oblatio, ac resignatio in extremis facienda, ac sepius iteranda.

Ego NN. moriturus peccator indignissimus

redemptus pretiosissimo sanguine Domini nostri  
 Iesu christi protestor coram Deo omnipoten-  
 tenti, et tota curia caelesti me credete omnia  
 quaecumque credit, ac tenet Sancta Mater Ec-  
 clesia catholica, in cuius gremio languam verus  
 et genuinus filius mori desidero, et in ea sa-  
 lutem meam consequi spero. Agnosco scelera  
 mea multa, et magna nimis: non tamen dif-  
 fidit de omnipotenti et benignissima mise-  
 ricordia ipsius Redemptoris mei, memor in-  
 effabilis eius charitatis, quae cum iam in-  
 digna, iam atrocia, ipsumque crucis tormen-  
 tum mei causa sustinere coegit. O! si eum  
 semper amarem! O! si ei semper fidelis  
 scirem! poenitet, ah! poenitet me iam pi-  
 um Dominum, qui solus omne bonum est, unquam  
 offendere. utinam possem torrente lacry-  
 marum abolere tot inuisibilissimas Deo meo

illatas iniurias! Suspiro gemens cum Da-  
vide, et utinam eodem corde, et affectu, pec-  
cavi Domino. Detestor quidquid divinis o-  
culis eius displicet. Quod si vel impugnatio-  
ne diaboli, vel violentiâ morbi pressus, vel  
quocumque modo aliquid huic proposito contra-  
ritu cogitarem, loquerer, aut facerem, iam illud  
revoco, ac protestor coram Jesu meo crucifixo,  
me nullo modo consentire talibus cogitatio-  
nibus, verbis, aut operibus, obsecrans divina  
eius bonitatem, ne noceant anime meae.

Amplector ergo in spiritu beatissimam cru-  
cem salvatoris mei: exosculor rosea, ac  
suavissima eius vulnera, in qua, et in ip-  
sum mellifluum cor Jesu mei, in profun-  
dissimū illud pelagus immense misericordiae  
me cum omnibus peccatis, iniustitiis, et

negligentiis meis quomodocumque factis proiciis,  
 et immergo humillime supplicans, ut suo  
 pretioso sanguine universa peccata mea de-  
 bere dignetur, cuius bonitati et misericordie  
 me penitus committo. Offero autem pro  
 peccatis meis aeterno Patri dilectissimi uni-  
 geniti sui sanctissimam passionem, crucem,  
 mortem, in cuius meritis infinitis, necnon  
 in precibus B. V. Mariae matris eius, ac sanc-  
 torum, electorumque Dei, pauper et inops  
 ego peccator in omni humilitate confido,  
 et us totus innitor et immori concupisco  
 omni tempore, et momento.

Ad summam Dei gloriam offero etiam me-  
 ipsam velut hostiam vivam Domino Deo  
 meo ad perseverandam iuxta sanctissimam eius

voluntatem patienter, et ex vero amore om-  
 nem languoris acerbitalatem, atq; ipsam mor-  
 tem, et quid<sup>quid</sup> mihi Dominus Deus meus in  
 tempore et aeternitate immittere voluerit.  
 Haec ex pura ac vera dilectione cum per-  
 fecta mei resignatione ad omnem poenam  
 pro honore divinae iustitiae tolerandam ani-  
 mo spontaneo me offero. Fiat sanctissima  
 voluntas Domini Dei mei salvatoris in  
 tempore et aeternitate. Ignosco etiam, et di-  
 mitto ex toto corde omnibus inimicis meis,  
 usq; universis, qui me afflixerunt, odio  
 habuerunt, aut quomodocumq; nocuerunt, vel  
 nocere voluerunt. Minam omnibus morte  
 meam perfectam ac stabilem Dei amicitiam  
 conciliare, eorumq; salutem aeternam perficere posse.

## Caput XI

Commemoratio, et oblatio passionis Christi  
Ad impetrandam peccatorum veniam.

S. Franciscus in extremis positus hif-  
toriam Christi patientis ex evangelio sibi  
prælegi iussit: hoc ipsū quilibet moribun-  
dus, si tamen magnū animæ suæ solamē  
ac specialem gratiam, maxime vero remis-  
sionem omnium peccatorum suorum à Deo  
obtineri cupit, facere debet, vel si mavult  
omnia passionis mysteria per modum ob-  
lationis breviter recolat, prout sequitur.

Aheu dulcissime Jesu, quando recordor, quam  
dure pro me vulneratus sis, et quod à planta  
pedis usq; ad verticem non sis in te sanitas,  
valde doleo, magisq; dolere cupio, quod hac-

63  
Iesus in te benignissimum Redemptorem meum  
adeo ingratus fuerim seque graviter toties of-  
fenderim.

II.

O amantissime Iesu ego pro universis de-  
lictis, culpis, vanitatibus, et negligentis meis  
offero tibi vincula, verbera, convitia, blas-  
phemias, alapas, colaphos, sputa, atque alia  
iniuriarum genera, quas in domo Anne et in  
domo Caipha per totam nocte passus fuisti.

III.

Offero tibi inauditam illam ignominiam, qua  
sustinuisti, quando casus, conspuus, et vine-  
tus mane ducebaris ad Pilatum, deinde  
a Pilato ad Herodem, a quo contemptus,  
et ridicula vestis probro affectus es.

IV.

Offero illam acerbissimam penam, quam  
perpeſtus es, quando ad columnam ligatus  
dixi flagellabaris, iuxta spinis coronabaris,  
ac demum ad calvarie locum crucem pro-  
prium baiulans ignominioſe protraheris.

Offero tibi atrocissimos illos dolores, quos  
passus es, quando sanctissimi tui corporis  
vulnera vestimentorum detractio inno-  
vabantur; quando manus et pedes tui cruci-  
cum summo dolore affigebantur.

VI.

Offero tibi incomprehensibiles illos cruciatus,  
quos pertulisti, quando tormentis totus ex-  
positus miserabiliter in cruce pendebas medius  
inter latrones, et quando vehementissimam siti  
estuas acetum potabaris, et a Judæis subsannabaris.

VII.

Offero illas angustias dulcissimi cordis tui,  
quas passus es, dum clamore valido dixisti:  
Deus Deus meus ut quid dereliquisti me, et  
inclinato capite emisisti spiritum.

Hac offero tibi o benignissime Jesu tuam  
immensa pietatem deprecor, et horum omnium  
meritis veniam omnium iniquitatum ac  
negligentiarum mearum mihi indulgere dig-  
neris. Eia suavissime Jesu hanc vitam  
meam nimis indignam ac peccaminosam pu-  
rissimam sindone passionis tuae involve,  
meque meritis tuis exorna, et exornatum tibi  
inseparabiliter coniunge, ut te in aeter-  
num frui merear.

Caput XII.

66  
Aspirationes infirmi ante et post Sump-  
tionem S. Viatici.

Ante Sumptionem.

Unde hoc, ut venias ad me Rex regum, et  
Dominus dominantium, coram quo angeli  
non sunt puri.

O mi Jesu non sum dignus, ut intres sub  
tectum meum, sed quia tu nunc dignaris  
venire ad me benedic obsecro anime meae  
et transforma me totum in te: mise-  
rere mei Domine, et exaudi me, meque tibi  
ita coniunge, ut nunquam separer à te.  
Totus enim tuus sum et esse volo. Oa-  
mor dulcis, et dulcedo amoris Jesu accende  
in me ignem amoris tui, et vulnera me, ut  
totus transeam in te, Deus cordis mei, et pass

mea Deus in aeternum.

Veni o dilecte mi! Veni in animam mea.

Ece paratum tibi cor meum, Deus meus, et omnia.

Veni igitur misericordissime et suavissime, Jesu: veni unica spes mea ac omne bonum meum.

Nam te esurit cor meum, te esuriunt, et concupiscunt omnia intima mea; sicut enim desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Ingredere o Deus cordis mei, ingredere in pauperem domum meam cum omnibus meritis et virtutibus tuis. Tu, qui pro me es crucifixus et mortuus, ingredere, et sancti-

fica me ad laudem et gloriam nominis  
tui in eternum.

Aspirationes post sumptam S.  
Eucharistiam.

Anima Christi sanctifica me,  
Corpus Christi salva me,  
Sanguis Christi inebria me,  
Aqua lateris Christi lava me,  
Passio Christi conforta me,  
O bone Iesu exaudi me,  
Intra tua vulnera absconde me,  
Et ne permittas me separari a te,  
Ab hoste maligno defende me.  
In hora mortis meae voca me,  
Et iube me venire ad te:

Et cum sanctis tuis laudem te,  
In sæcula sæculorum, Amen.

G. G.

Suspiria s. Francisci Xaverii.

O Deus! ego amo te;

Nec amo te, ut salves me,

Aut quia non amantes te

Æterno punis igne.

Tu tu mi Jesu totum me

Amplexus es in cruce

Tulisti clavos, lanceam

Multamq; ignominiam

Innumeros dolores,

Sudores et angores,

Ac mortem, et hæc propter me,

Ac pro me peccatore!

Cur igitur non amem te?

O Jesu amantiissime?

Non ut in caelo Salves me,  
Aut ne æternum damnes me.

Nec præmiū ullius Spe,  
Sed sicut tu amasti me

Sic amo et amabo te,

Salum quia Rex meus es.

Et solum quia Deus es.

Alie aspirationes.

Benedico, et laudo te dulcissime Jesu Chris-  
te, qui in dulcedine tua pauperem meam  
animam visitare, et resouillare dignatus es.

Nunc dimittis seruum tuum Domine, se-  
cundum verbum tuum in pace.

Jam te teneo, dulcis amor, iam ultra non  
dimittam te, iam mundo et omnibus, qua  
mundi sunt, libens valefacio, jam gaudeo

ad te venio Deus meus.

Nihil a modo, nihil, o bone Jesu me  
separabil a te; tibi enim christe Jesu con-  
iunctus sum, in te vivam, in te moriar, et  
in te, uti spero, in eternum permanebo.

Vivo iam non ego, vivit vero in me Christus.

Taceo nunc animam meam vite mee; cupio  
dissolvi et esse cum christo: mihi enim vi-  
vere <sup>est</sup> christus, et mori lucrum.

Iam non timebo mala ambulans in regione  
umbrae mortis, quoniam tu mecum es Domi-  
ne, et sicut desiderat ceruus ad fontes aqua-  
rum, ita desiderat anima mea ad te Deus:

Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum,  
quando veniam, et apparebo ante faciem  
Dei mei.

Benedic mihi Jesu amantissime, et  
 nunc in pace dimitte me, quoniam tuus  
 sum ego; O si felici tibi copula nunc so-  
 ciet in aeternum; O si totus in te immergi,  
 totus absorberi, et sepeliri in te merear;  
 O si anima mea inter amplexus tuos requies-  
 cens tota in te absorbeat, et felicissime  
 te Deo amatore suo fruatur. Quid mihi  
 iam ultra cum mundo mi amantissime  
 Jesu: Ecce nec in caelis quidquam praeter te  
 volui. In manus tuas Domine Jesu com-  
 mendo spiritum meum. Recipe me dul-  
 cis amor, ut in aeternum mihi bene sis  
 in te, et in pace suaviter in te obdor-  
 miam, et requiescam.

Oratio ad Nomen Jesu.

73  
O bone Jesu, o piissime Jesu, o dulcissime  
Jesu, o Jesu fili Dei et Mariae Vir-  
ginis plena misericordia et pietate. O dul-  
cis Jesu secundum magnam misericordiam  
tuam miserere mei.

O clementissime Jesu per pretiosum illud  
sanguinem, quem pro peccatoribus effudisti,  
deprecor te, ut abluas omnes iniquitates  
meas, et in me miserum, et indignum, hu-  
militer veniam petentem, et hoc sanctum  
Nomen Jesu invocantem respicias.

O Nomen Jesu, ~~Nomen~~, Nomen delec-  
tabile; Nomen Jesu, Nomen amabile.  
Quid est enim Jesus nisi Saluator? ergo  
Jesu propter Nomen sanctum tuum esto  
michi Jesus et salva me. Ne permittas me

Damnari, quem pretioso sanguine tuo redemisti.

O bone Jesu ne perdat me iniquitas mea, quem fecit omnipotens bonitas tua.

O benignissime Jesu miserere mei, dum tempus est miserendi, ne damnes me, dum tempus est iudicandi.

O piissime Jesu, si me damnare velit tua severa iustitia, appello, et confugio ad tuam piissimam misericordiam.

O amantissime Jesu, o desideratissime Jesu, o mitissime Jesu, o Jesu, Jesu, Jesu suscipe me in numerum electorum tuorum.

O Jesu salus in te credentium, o Jesu fi-

79.  
duca ad te confugientiu; fac, ut in te mo-  
riar, ac feliciter ad te perveniam.

### Renovatio

Votorum facienda à religiosis pro  
plena peccatorum remissione  
obtinenda.

Gratias tibi ago Domine Jesu christe pro  
gratia illa singulari, qua me vilissimu  
peccatorem de hoc seculo nequa eduxisti,  
et in hoc religiosissimo ordine ad solemne  
professionem admisisti. Doleo ex toto  
corde, quod haecenus gratiae huic non satis  
responderim, et tanto beneficio fuerim in-  
gratus. Delestor omnes negligentias in  
hoc statu commissas, et quod tam parum ad

eius perfectionem aspiraverim. Ignosce  
mi Deus venia largitor, et humane salutis  
amator, ignosce et remitte mihi delicta mea  
priusquam abeam et amplius non ero.

Quod si me votis necdum tuae maiestati  
obstrinxissem, nunc sane id facerem; deo  
quanta devotione possum, illa nunc re-  
novo, et novo fervore tibi promitto pau-  
peritatem, castitatem, et obedientiam se-  
cundum Regulam Sancti N. Suscipe o  
benignissime Deus haec vota mea, quibus  
me totum tibi offero, et consecro in perpe-  
tuum.

## Caput XIII.

Excitatur moribundus ad patriam caelestem desiderandam.

O caelestis Jerusalem! O patria dulcis et amabilis! patria claritatis immensa, quam ipse Deus lux vera, lux increata illuminat, in qua etiam sunt veluti soles, quot sunt angeli et electae anime. In te est pax et requies omnem sensum exuperans: in te est dies sempiternus, et unus omnium spiritus. In te est certa securitas, aeterna tranquillitas, et felix suavitas, et suavis iu-

cunctitas. In te est bonū illud, quod ocu-  
 lus non vidit, quod auris non audivit, quod  
 cor humanū comprehendere nequit; enim-  
 vero, si totum caelum esset pergamentū et  
 totum mare atramentum, omnesq; crea-  
 tura forent scriptores, nec tamen expri-  
 mere possent minimū gaudiū, quō fruun-  
 tur sancti in caelo.

O mi Deus! quid iam mirum, quod tot  
 martyra legiones mortem acerbissimam,  
 ut te fruere in aeternā, paradisi-  
 simo animo susceperunt. Heu mihi amantis-  
 sime Jesu, quid mihi est in caelo, et de  
 quid volui super Terram.

79  
An mens mea beator esse potest, quam  
ut abundet omnibus bonis, atq; in oceano  
deliciarū veluti nates, sine fastidio, sine  
termino in omnē aeternitatem.

Heu mihi quia incolatus meus prolon-  
gatus est, cupio dissolvi et esse cum Chris-  
tō. O quando veniam et apparebo ante  
faciem tuam Domine Deus? quando  
in pace dormiam, et requiescam in te?  
Tibi iam dixit cor meum, exquisivit te  
facies mea, faciem tuam Domine requirā. Ah mi Deus  
te solum quero, te solum desidero.

Alia Excitatio.

Nos qui hic peregrini, et exules in a =

licina patria degimus, cur non cum ge-  
 mitu ad supernam illam Angelorum  
 patriam, patriam florigeram, vernan-  
 tem, lucidam et amenam; patriam  
 vere beatam redire festinamus? an ig-  
 noramus, quia dum sumus in corpore  
 peregrinamur à Domino: quoniam non  
 habemus hic manentem civitatem, sed  
 futuram inquirimus. O quam magna  
 erit felicitas nostra, cum illuc pervene-  
 rimus.

Ibi aderit omne bonum et aberit omne  
 malum, ibi Deum perfecte amabimus  
 atq; laudabimus in secula seculorum.  
 Videbimus eum clarè sicuti est, et ita  
 vere beati erimus.  
 Jucundissime complectemur, et possidebimus

illum pro desiderio nostro, ipsosque fruamur  
in aeternum.

Quidquid hic decoris, dulcedinis, perfectio-  
nis, et amabilitatis percipimus in creatu-  
ris videndō, audiendō, olfaciendō, gustandō,  
et tangendō, id omne eminentissime, ac  
super-essentialiter inveniemus in Deo, et  
aeterna illā patriā. Unde et minimū  
gaudium patriae celestis multo magis ex-  
cellet omnia gaudia mundi huius, quam  
vastissimum mare unicum aquae guttulā  
superat. Cur ergo non toto animō desi-  
deremus ex hoc miserō carcere, ex hac val-  
le lacrymarū exire?

Ō mi Deus quis dabit michi pennas sicut  
columba, et volabo, et requiescam in te?  
Sicut desiderat cervus ad fontes aquarū

87 ... ita desiderat anima mea ad te Deus.  
Educ de custodia animam meam ad con-  
fitemdum tibi; me enim expectant iusti,  
donec retribuas mihi.

### Caput XIV.

Orationes et aspirationes

Valde efficaces pro mori-  
bundo agonia proximo.

Ad Deum Patrem.

Domine Deus Pater amantissime, ego  
sum miser ille, quem tu pro paterna  
bonitate creasti, et per ignominiosissimam  
mortem unigeniti tui de potestate inimici  
redemisti. Tu solus imperium in me ha-  
bes, meque salvare potes secundum immen-  
sam misericordiam tuam. Ah miserere  
mei, et salva me.

63  
~~mei et saluame~~. Ipse Deus, inquit Blo-  
sius, amicis suis revelare dignatus est, pra-  
dicta verba fidelibus morientibus recitata,  
vel ab ipsis pie prolata mira virtutis esse,  
adeo, ut perire nequeat, qui in extremis con-  
stitutus verò integro corde illa humiliter  
proferre, aut apud se revoloere potuerit.

Credo in te o Suprema veritas! Spero in  
te o tremenda maiestas! amo te o incom-  
prehensa bonitas! glorifico te o Sanctis-  
sima Deitas!

Aspirationes  
ex psalmis.

Deus in adiutorium meum intende: Do-69  
mine ad adiuvandum me festina.

Avertantur retrorsum, et erubescant, qui vo-69  
lunt mihi mala.

64<sup>o</sup>

- 17 Circumdederunt me dolores mortis: et tor-  
rentes iniquitatis meae conturbaverunt me.
- 50 Miserere mei Deus secundum magnam  
misericordiam tuam. Et secundum mul-  
titudinem miserationum tuarum, dele  
iniquitatem meam.
- 27 Ne simul trahas me cum peccatoribus  
in inheritum: et cum operantibus iniqui-  
tatem, <sup>ne</sup> perdas me.
- 24 Reminiscere miserationum tuarum Do-  
mine et misericordiarum tuarum, quae a  
saeculo sunt.
- 18 Ab occultis meis munda me Domine et  
ab alienis parce seruo tuo.
- 29 Quia apud te propitiatio est, et propter  
legem tuam sustinui te Domine.

Illustra faciem tuam super servum tuam: 30  
Salvum me fac in misericordia tua, Domine  
non confundar, quoniam invocavi te.

Quoniam tu Domine suavis et mitis: et 45  
multae misericordiae omnibus invocantibus te.

Credidi in Christum propter quod locutus sum 144  
dicens:

Credo videre bona Domini in terra viven- 26  
tium.

In te speravi Domine dixi: Deus meus 30  
es tu: in manibus tuis sortes meae.

Ad te Domine levavi animam meam: Deus 74  
meus in te confido non erubescam.

Diligam te Domine fortitudo mea: Domi- 17  
nus firmamentum meum et refugium meum  
et liberator meus.

Mihi autem Deo adherere bonum est: et 77  
ponere in Deo Deo spem meam.

- 46<sup>r</sup>  
54 Et dixi: quis dabit michi pennas sicut columbe: et volabo et requiescam in Deo.  
41 Scivit enim anima mea ad Deum fonte vivum: quando veniam et apparebo ante faciem Dei?  
41 Quemadmodum desiderat cervus aestuans ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.  
76. Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.  
77. Quid enim michi est in celo Suave sine te: et a te quid volui super terram.  
38 Et nunc que est expectatio mea: nonne Dominus?  
77. Defecit caro mea et cor meum: Deus cordis mei et pars mea Deus in eternum.  
15 Dominus enim pars hereditatis mee et calicis mei Suavissimi: tu es qui restitues

hereditatem meam mihi.

<sup>"dilectus"</sup>  
Quam tabernacula tua Domine virtutes  
concupiscit, et deficit anima mea in atriis  
Domini.

Quia melior est dies una in atriis tuis, su-  
per milia.

Adimplebis me letitia cum vultu tuo: de-  
lectationes in dextera tua usque in finem.

Quare tristis es anima mea, et quare  
conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor  
illi; salutare enim vultus mei est Deus  
meus.

Convertere iam anima in requiem tuam: quia  
quia Dominus benefecit tibi.

In pace in idipsum dormiam et requiescam.

48. 30 In manus tuas Domine: comendo spi-  
ritum meum.

Ad Christum.

O Jesu mi Jesu agonizans pro me  
in cruce memento agonie et mortis tue  
pretiosissima, momentum agonie et mor-  
tis mee dedico, offero, unio cum agonia,  
et morte tua, Et mors tua vita mea O  
Jesu mi.

O bone Jesu qui per crucem tuam redemis-  
ti me, et dixisti, cum exaltatus fuero, om-  
nia traham ad me ipsum: te deprecor per  
pretiosum sanguinem tuum, quem pro me  
peccatore effundere voluisti, trahere me  
ad te, accipe spiritum, et deduc me tecum  
in paradysum. Creator et redemptor meus

Christe Jesu totum me tibi trado, ad te  
venio, ne proicias me a facie tua.

O bone Jesu, o piissime Jesu, o dulcissime  
Jesu, o Jesu fili Mariae Virginis,  
plena misericordia et pietate, secundum  
magnam misericordiam tuam miserere  
mei.

O Jesu propter nomen <sup>tuum</sup> Sanctum, <sup>est</sup>  
mihi Jesus et salva me, ne permittas me  
damnari quem ex nichilo creasti.

O Jesu Christe, Deus cordis mei obsecro  
te per quinq; vulnera illa, quae tibi in  
cruce nostri amor inflixit. famulo tuo  
subveni quem pretioso sanguine redemis-  
isti.

Desidero te millies mi Jesu quando venies;  
o amantissime Jesu, in manus tuas comendo

90

Spiritus meum.

Ad B. Virginem.

O Domina mea Sancta Maria, sicut  
Deus Pater per omnipotentiam suam  
te potentissimam effecit, ita mihi quoque  
advis nunc in hac hora mortis mee, ex-  
pellendo a me omnem contrariam potes-  
tatem, amen.

O Domina mea Sancta Maria, sicut fi-  
lius Dei tanta te cognitione et claritate  
illuminare dignatus est, ut totum caelum  
illumines, ita nunc in hac hora mortis  
mee animam meam cognitione fidei sic  
illustres et corroboret, ut nullo errore aut  
ignorantia pervertatur, amen.

O Domina mea Sancta Maria, sicut  
Spiritus Sanctus suum amorem tibi plene

infudit, ita tu nunc in hac hora mortis  
meae dulcedinem amoris divini michi instilla,  
ex quo omnis amaritudo michi reddatur  
suavissima, amen.

Ave filia Dei Patris: ave Mater Dei  
filii: ave Sponsa Spiritus sancti.

Monstra te iam esse matrem. adiuva me,  
intercede pro me o clemens, o pia, o dulcis  
Virgo Maria.

Maria mater gratiae tu nos ab hoste pro-  
tege et hora mortis suscipe.

Ad omnes Ss. et Angelos.

Angeli, archangeli, Throni, et dominatio-  
nes, principatus, potestates, Virtutes cae-  
lorum Cherubim atq3 Seraphim omnes Ss.  
et sanctae Dei praesertim patroni mei

Sicut  
hanc  
li quop  
e ex=  
n potes-  
liculfi-  
aritate  
celum  
mortis  
Dei sic  
ore aut  
scat  
bi plene

97

intercedere dignemini pro me, et adiuuate  
me, miseremini mei, miseremini saltem  
vos amici mei.

O Angele Dei qui custos es mei, me tibi  
comissum pietate superna hac hora il-  
lumina, custodi, rege, et conforta.

Orationes et aspirationes  
à circumstantibus dicende pro anima  
agonizante -

Christe Jesu crucifixe in unione ferven-  
tissimi amoris, qui te vitam omnium viven-  
tium in cruce mori coegit, pulsamus ad  
medullam benignissimi cordis tui et roga-  
mus, ut anima famuli tui fratris nostri  
N. peccata omnia dimittas, et tua sanc-  
tissima conversatione, et tua acerbissime  
passionis merito omnia eius supplies

113

92  
eumq; super abundantissimam miserationū  
tuarum multitudinem facias experiri, nosq;  
omnes, et singulariter hunc fratrem  
nostrum N. quem proximē vocare dispo-  
nis, placitō tibi modō prepares, eiq; pres-  
tes, ut cum vera patientia, perfectā re-  
signatione, plenā peccatorum remissione,  
validissimā fide, spe firma, et integra  
charitate in perfectissimo statu, in dul-  
cissimum amplexum et suavissimum os-  
culam tuum, feliciter ad tuam eternam  
laudem expiret.

Oia dulcissime Redemptor Domine Jesu  
per lacrymales voces, quas in cruce mori-  
sus edidisti, et passionis doloribus con-  
simptus dixisti: Deus meus, Deus meus  
ut quid me dereliquisti, ne queso longē fa-  
cias a famulo tuo fratre nostro N. tuæ

94.  
miserationis auxilium.

Per triumphum S. crucis et per mortis passionisq; suae infinitum meritum cogita Domine de eo cogitationes pacis et non afflictionis, sed misericordiae et consolationis.

Libera eum de omnibus angustiis, suisq; sanctissimis manibus, quas pro eo nobisq; omnibus in cruce clavis affigi permisisti, J. Jesu bone et amantissime Patriserae cu a tormentis illi debitis, et perduc illum in requiem aeternam, amen.

### Aliae orationes

#### Pro anima agonizante.

Domine Jesu christe per agoniam, et orationem tuam sanctissimam, quam orasti pro nobis in monte oliveti, quando factus est sudor tuus sicut guttae sanguinis decur =

99.  
rentis in terram; obsecro te, ut multitudi-  
nem sudoris tui sanguinei, quam pro ti-  
moris tui angustia copiosissime pro nobis  
effudisti, offerre, et ostendere digneris  
Deo Patri omnipotenti contra multitudi-  
nem omnium peccatorum huius famuli  
tui N. et libera eum in hac hora mortis  
sue ab omnibus penis et angustis, quae pro  
peccatis suis se meruisse timeat.

11.

Domine Jesu Christe, qui pro nobis in  
cruce mori dignatus es: obsecro te, ut om-  
nes amaritudines passionum et poenarum tuarum,  
quas pro nobis miseris peccatoribus  
sustinuisti in cruce, et maxime in illa  
hora, quando sanctissima anima tua egres-  
sa est de corpore tuo sanctissimo, offerre  
et ostendere digneris Deo Patri omnipo-

96

genti pro anima huius famuli tui N.  
et libera eum in hac hora mortis ab omni-  
bus penis et passionibus, quas pro peccatis  
suis meruisse timet.

III.

Domine Jesu christe, qui per os prophetae  
dixisti: in charitate perpetua dilexi te,  
ideo attraxi te miserans tui. obsecro te, ut  
eandem charitatem quam, quae te de caelo ad  
terram, ad tolerandas omnium passionum a-  
maritudines traxit, offerre et ostendere  
digneris Deo Patri omnipotenti pro anima  
huius famuli N. et libera eum ab omni-  
bus passionibus et poenis, quas pro peccatis  
suis se meruisse timet, et salva animam eius  
in hac hora exitus sui, aperiri ei Domine  
ianuam vitae et fac eum gaudere cum sanctis  
tuis in gloria aeterna, Amen.

ind.

Index:  
Cap. I.

97

Quaedam monita pro graviter decu-  
bente — — — — — i.

Cap. II.

De utilitate resignationis p. — — 5.

Cap. III.

Excitationes ad dolores morbi lato  
animo sufferendos — — — — — 10

Cap. IV.

De morte non nimium metuenda p. — 17.

Cap. V.

Incitamenta quaedam specialia ad  
expetendam mortem. — — — — — 76.

Cap. VI.

Mortem desiderandam esse exemplis  
monstratur. — — — — — 37

Cap VII

Quod moriturus purgatorii poenas in-  
ordinate finire non debeat — 38

Cap VIII

Verba consolatione plena pro eo qui  
in fine vite se ad Deum convertit. 43.

Cap. IX.

Homagia Deo in articulo mortis  
prestanda. ————— 50.

Cap. X.

Protestatio, oblatio, ac resignatio p. 57

Cap. XI

Commemoratio, et oblatio passionis  
Christi p. ————— 67.

Cap XII.

Aspiraciones infirmi ante et post damp-  
tionem S. Viatici. ————— 69

Oratio ad nomen Jesu — — 77. <sup>99</sup>  
Renovatio votorum à religiosis fa-  
cienda — — — — — 79.

Cap. XIII.

Excitatur moribundus ad patriam  
caelestem desiderandam — — — — 77.

Cap. XIV.

Orationes et aspirationes valde ef-  
ficaces pro moribundo agonizante proxi-  
mo. — — — — — 87.

Aspirationes ex psalmis. — — — — 63

Orationes et aspirationes à circum-  
stantibus dicenda pro anima ago-  
nizante — — — — — 92.


Finis. — — — — —


100

77  
78

77








D

11 8 + 100 8.

19 x 15,5 cm



D

19 x 15,5 cm

